

Duodecimi methaphisice.

Sensibilis vero substantia mutabilis. Si autem mutatio est ex oppositis et medijs: ex oppositis autem non omnibus.

Est igitur aliquod tertium preter contraria materia.

Si itaque transmutationes sunt quattuor: aut secundum quid: aut secundum quantitatem: aut secundum qualitatem: aut secundum ubi.

Tres vero sunt cause: et tria principia: due: quod contrarietates cuiusmodi: hoc quidem ratio et species: illud vero privatio: tertius vero materia transmutatur.

Necesse est esse sempiternam aliquam substantiam immobilem: nam substantie privatione entium: et si omnes corruptibiles omnia corruptibilia: sed impossibile motum aut fieri aut corrumpi. Semper autem erat motus.

Motus autem non est continuus: nisi qui secundum locum: et hoc qui circulo.

Amplius igitur tales oportet esse substantias sine materia. Sempiternas enim oportet esse si aliquid aliud sempiternum actu.

Nec enim materia ipsa seipsam mouebit sed retonica: nec menstrua nec terra: sed femina et gignitura.

Nihil enim contingit moueri: sed oportet semper aliquid existere: quemadmodum nec natura sic: vi vero sic.

Potentia igitur existimare priorem actu esse: est quidem ut bene: est autem ut non bene.

Mouet autem sicut appetibile et intelligibile hec enim solum mouent non mota.

Intellectus autem ab intelligibili mouetur. Mouet autem ut amatum: motu vero alia mouentur.

Quoniam autem est quidem mouens: ipsum immobile ens actu ens hoc non contingit nullatenus aliter se habere.

Quare illud magis isto quod videtur intellectus diuinum habere: et speculatio delectabilissimum et optimum.

Picimus deum esse animal sempiternum: optimum: quare vita et duratio continua et eterna existit in deo: hoc enim deus.

Deus est animal perpetuum hominis beneficii: methaphisice sumitur hic animal.

Solus deus est purus actus: cui nihil admixtum de potentia.

Illud igitur magis simplex quod est propinquissimum simplicissimo.

Quod igitur est substantia sempiterna et immobilis separata a sensibilibus manifestum est et his.

Nobis autem est ex suppositis et determinatis dicendum quod principium et primum entium est immobile: et secundum se et secundum actum.

Deuens vero primum sempiternum et vnum motum.

Quoniam autem quod mouetur necesse est ab alio moueri: et primum mouens immobile esse secundum se et sempiternum motus a sempiterno moueri: et vnum ab vno.

Necesse est et latium vnamquam ab immobili moueri secundum se et sempiterna substantia.

Astrorum enim natura sempiterna substantia quedam ens et mouens sempiternum.

Amplius autem omnem naturam et omnem substantiam impassibilis: et secundum se optimum finem fortitatis esse oportet estimare.

Quocumque sunt vnum numero multa materiam habent.

Vna enim et eadem ratio multorum est.

Idem ergo quod diuiniimum et honorabilissimum intelligit et non transmutatur.

Omnia vero coordinata sunt aliquantulum sed non similiter et naturalia et volatilia et platea.

Quemadmodum in domo liberis non licet quod contingit facere sed omnia aut plurima ordinata sunt.

Omnes ex contrarijs faciunt omnia.

Impossibilia namque contraria sunt ad inuicem.

Materia enim que est vna: nulli est contraria. Propositiones vniuersales philosophice. Primum libri: physicorum.